



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De homine, qui sub typo simplicitatis Bonnae plures decepit, cap. 21.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

tione, quātum ille tribulatus extiterat in sua ciectione. Ecce, si astutos & dolosos punit etiam in præsenti Deus, de tribulatione, consilione, & deiectione Prælatorum Ecclesiæ, hodie magis quam ante nostra tempora abundant exempla. Et hoc fortè ideo, quia Dei voluntas in illorum promotione non fuit. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & nō cognoui. Verba sunt Dei per os Osee prophetæ. APOLLONIUS: Cūm Deus in virtute simplicitatis, sicut probatum est exemplis, plurimum delectetur, puto quod in vitio ei contrario, id est astutia, multum exacerbatur.

Osee 3.

*De duplicitatis*  
28:10.

CAESARIUS: vitium simplicitati oppositum duplicitas est, cui sodalis est astutia. APOLLONIUS: Vnde dicitur duplicitas? CAESARIUS: A duplice plica. Simpler enim hoc quod dicit, hoc intendit, hoc agit: Duplex autem aliud habet in corde, aliud in ore, aliud agit, & aliud intendit. De quo per Apostolum Iacobum dicitur: Vir duplex animo, incōstans est in omnibus viis suis. Bonum enim simulat, ut simplices efficacius decipiatur. Vnde per Ecclesiasticum dicitur: Vx peccatori terram ingredienti duabus viis. Tales sunt illi de Matt. 7: quibus Dominus dicit: Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Tales sunt multi ex his barbaris, qui in habitu & tonsura religionis terras circumueunt, & plurimos decipiunt. Ex quibus nostris temporibus multi sunt propter sua maleficia interfecti. Et licet quidā ex huiusmodi viatoribus viri sunt sancti, & sine felle, propter malos tamen despiciuntur. Hinc est quod anno præterito dominus Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus in synodo sua præcepit, ne aliquis illorum in sua diœcesi hospitio recipere tur.

CAPVT XXI.

*Exemplū  
duplicitatis.*

**N**on sunt multi anni elapsi, quod quidam sub typo religiositatis Bonnam venit, & simplicitatem simulans, orando, vigilando, atque ieunando plurimos decepit, quem cūm Canonici eiusdem pagi talem esse putassent, qualem se simulauerat, hospitale illi pauperum commiserunt, cui etiam plu-

plures sacerdotalium, pecuniam dederunt reseruandam.  
Paruo emenso tempore, coepit ille simulator a simulato rigore discedere, bibere vinum, carnes comedere,  
orare rarius, dormire diutius. Quod cu ei fuisset ob-  
jectum, respondit: Ego ad tempus a sacerdote huius-  
modi obseruantias suscepit. Quid plura? Tandem clau-  
culo discedens, pecuniam commendatam detulit, &  
quam damnosum vitium esset duplicitas, operibus o-  
stendit. Quo auditio, \* Christianus tale verbum re- \* Deca-  
spondit: Eia fratres, certe, animam meam pro nullius *nus Bon-*  
*animam dabo. De huiusmodi trufatoribus plurima *nensis.**  
deceptionum genera, temporibus nostris gesta, tibi  
dicere possem, ied non sunt ædificatoria. Vis nunc au-  
dire quali pœna Deus sape puniat in præsenti vitium  
duplicitatis & astutiae? APOLLONIVS: Volo & deside-  
ro. CÆSARIUS: Audi ergo.

## CAPVT XXII.

**I**VENIS quidam sacerdos de Mosella natus, si be-  
ne memini nomine Henricus, matrem simplicem, *Duplex*  
verbis quidem mellitis, sed intentione venenata, *etiam in*  
tali modo circumuenit. Mater, inquit, peto ut omni-  
bus tuis bonis, feudis scilicet & allodiis, soleniter re-  
nuncies, & me illa suscipere finas, ut sic eorum gratia  
vxore ducere valeam honestiore: omnia mea tua sunt,  
& ego tibi honestius prouidebo. Mater in filio serpen-  
tis astutias non obseruas, petitionibus eius annuit, om-  
nium suorum vnu fructu resignato, immemor dicti sa-  
pientis: Melius est ut filij tui te rogent, quam te respi- *Ecli. 33.*  
cere in manus filiorum tuorum. Quid plura? Sponsa  
introducitur, & mater expellitur; quæ cum egeret, &  
quotidie plangeret, ille obturauit aures, ne gemitus  
matris audiret. Die quadam cum vxore in mela sedes,  
& ostium pulsantis, vocé matris intelligēs, ait: Ecce, ite-  
rū diabolus clamat ibi: dixit q; puer suo: Vade, & po-  
ne pullū istū in cistā, donec recedat. Quod cu factum  
fuisset, & illa intromissa, dum filio supplicaret ut sui mi-  
sereretur, cu multo verboru turbine expulsa est. Tūc  
ille ad puerū: Refer, inquit, nobis pullū. Puer verò, ut  
cistā aperuit, non in scutella pullū, sed serpentē cōpli-  
*catum*